



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Concilia Provincialia Mediolanensis Sex**

**Borromeo, Carlo**

**Venetiis, 1602**

Cura Metropolitanani, & Prouincialium Episcoporum. Cap. VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

ta saltem, vel Sabbatho, præter statos vigiliarum dies à populo agi suadebit: alia præterea vere pœnitentiæ signa, diuinę misericordiæ implorandę studio suscipienda, demonstrabit.

11 In ijs quoque religiosis adiuuentis illud etiam adhibebit, vt vniuscuiusque Parochię q̄dibus, domicilijs, & habitationibus Parochi singuli, itata religiosa prece ritę benedicant, ad instructionis, eo de genere in hoc Concilio editę, præscriptum.

12 Vt autem denique totius Prouincię populi supplicatione etiam adiuuetur, eo necessario tempore litteras de periculo, suspicione uę pestilentię ad Metropolitanum, cęterosque Prouincię Episcopos celeritę scribet.

### Cura Metropolitanı, & Prouincialium Episcoporum. Cap. VI.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Metropolitanı cura, que pietatis opera indicenda, Diœcesi Prouincię peste affecta. 3.
- 2 Coepiscoporum que item officia præstanda.

1 **P**estilentia, quę vrbi, locouę Prouinciali imminet, periculo audito, Metropolitanus eam curã, cogitationemque suscipiet, vt non solum in Metropolitana vrbe, eiusque Diœcesi, sed in vniuersa Prouincia supplicationem, orationem, & alia pietatis opera indicat, litteris omni cohortatione plenis.

2 Reliqui Prouincię Episcopi ei, cuius Diœcesis ex pestis periculo laborat, caritatis officia nauare non different.

Illi animum, spiritumque addent, & maiorem omni officiorum oratione facient, ad Episcopalis, paternęque caritatis partes in pestilentia, si irrepserit, exercendas. Quod officium sæpius præstabit vicinior Eps.

Proposito etiam exemplo sanctissimi Pontificis Cornelij, & beati Cypriani Episcopi, martyrum, quorum alter alteri, in laboribus, & periculis versanti, litteras plenas consolationis scribebat, Episcopum crebris litteris consolabuntur item, & confirmabunt.

Curam etiam aliquam inibunt, ut de illius, & Diœcesis, & urbis statu certiores aliquando fiant, quo ardentiori studio flagrent subleuandi necessitates.

Stude-

Studebunt in primis ei opem afferre tum oratione, publicisque supplicationibus, tum etiam eleemosynarum, prout vnusquisque poterit, largitionibus.


Omnem aliam præterea rationem quisque diligentissime exquirat, qua fratris Episcopi, eiusque etiam populi periculo, & difficultatibus, cum eo coniunctis, opportunè, ac benigne succurratur.

3 Id omne pietatis officium Metropolitanus longè flagrantiori studio præstabit, ut eius exemplo, ac documento ceteri Prouincialis inflammentur ad rei pię inuitationem.

Sollicitudo Episcopi in morum corruptelis eripiendis. Cap. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopi, quæ sollicitudo in morum corruptelis eripiendis.
- 2 In officijs pietatis ad vsum reuocandis.
- 3 Vitæ Episcopalis conformatio.
- 4 Familiæ Episcopalis disciplina sanctior.
- 5 Fori Episcopalis recognitio.
- 6 Inuestigatio Clericalis disciplina.
- 7 Synodi Diæcesana celebratio.
- 8 Vicariorum foraneorum euocatio.
- 9 Confessariorum, & Concionatorum congregatio.
- 10 Cleri, & Parochorum conuocatio.
- Monasteriorum virorum
- 11 & Monialium } reformatio.
- Locorum piorum }
- 12 Confratrarum.
- 13 Ciuitatis, & populi vniuersi morum conformatio.

- 1  Piscopus præterea, cuius Diæcesis in periculo pe-  
stis versatur, tunc in primis accuratè inuestiget, quæ potissimum corruptelæ, quæ publica peccata sint, & quæ scelera, flagitiaue, quibus Deus maximè offendatur, eiusque ira concitetur. Hęc igitur cum funditus cõuellere studeat, tam verò ea, quæcumq; sint diuino cultui repugnantia.
- 2 Ac rursus, omnia pietatis officia in vsum vt diligentissime reuocentur, sedulo curabit.

San-